

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1276 - 1277

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

51. *Papst Johann XXI beauftragt den Bischof von Basel, das St. Johanneskloster zu Straßburg gegen Belästigungen zu schützen. 1276 October 13 Viterbo.*

Johannes episcopus¹ servus servorum dei venerabili fratri . . episcopo Basiliensi salutem et apostolicam benedictionem. qui non solum sua verum etiam semetipsos salubriter abnegantes carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigunt in castris claustralibus se claudendo, sunt non immerito gratis attollendi favoribus et congruis presidiis muniendi, ut eo devotius, quo quietius domino famulantes, sibi per vite meritum et aliis proficiant per exemplum. cum itaque dilecte in Christo filie . . priorissa et conventus sororum inclusarum monasterii sancti Johannis Argentinensis ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura fratrum ordinis predicatorum viventes, [sicut] nobis significare curarunt, ipse ac monasterium supradictum a nonnullis, qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, multipliciter molestentur, nos et earundem priorisse et sororum providere quieti et molestantium malitiis obviare volentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem priorisse et sororibus defensionis presidio efficaciter assistens non permitas eas contra indulta privilegiorum sedis apostolice ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, attentius provisurus, ne de hiis, que cause cognitionem exigunt vel que indulta hujusmodi non contingunt, te ullatenus intromittas^a. nos enim, si secus presumpseris, tam presentes litteras quam etiam processum, quem per te ipsarum auctoritate haberi contigerit, omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. hujusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut ejus fines quomodolibet non excedas, presentibus post triennium minime valituris. datum Viterbii 3 idus octobris pontificatus nostri anno primo.

25 *H aus Straßb. Hosp. A. lad. 90 or. mb. Bulle an Hansschmur. Kostenvermerk unter dem Bug links . . mit Haken über dem zweiten Punkt, darunter Jac[obus] Romanus. Schreibervermerk auf dem Bug rechts Sy. Ber. Oben in der Mitte on zweimal durchstrichen, das n weit auseinandergezogen. Dorsualvermerk im doppelt gezogenen viereckigen Rahmen mit Kreuz darüber N. Waldini. Eine zweite Dorsualnotiz ist ganz ausradirt.*

30 52. *König Rudolf theilt der Stadt Straßburg den auf ihre Anfrage gefällten Rechtsspruch der Fürsten mit, daß derjenige, welcher sich zum Einlager oder zur Schuldzahlung verpflichtet habe und dieser Verpflichtung nicht nachkomme, überall gerichtlich belangt werden könne. 1277 Februar 22 Wien.*

Rudolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistro consulibus et universis civibus Argentinensibus dilectis fidelibus suis graciam suam et omne bonum. anno domini 1277 indictione quinta, feria secunda ante Mathye apostoli ad vestre fidelitatis instanciam ab infrascriptis principibus quesivimus in sententia,

Februar 22

a) *H rep. intromittas.*

¹ *Johann XXI nach der Bulle.*